

autem VII. anno 1629. & Paul. II. anno 1636. quod nondum pervenit ad 100. annos.

150 Et facit etiam generaliter, quod bona majoratus sunt impræscriptibilia, prout eleganter & dilucidè plures atque elegantes doctrinas recensendo probat Mier. de majorat. 4. p. q. 2. n. 1. à prim. cui doctrinæ plura applicat mirabilia fundamenta, rationes, quæ fallit ubi datur

151 præscriptio immemorialis, quam limitationem infiniti probant panè Doctores, quorum nomenclaturam recenset Mieres ibi à n. 46. cum pluribus seqq. declara ut infra à num. 282.

152 Maxime per singulorum Regum successionem in Regnum seu Majoratum (quod idem est, cum Regnum caput sit omnium majoratum Hispaniæ secundum Mier. de majorat. d. q. 2. 1. sub. n. 54. ad med. Paz. de Tenuta, c. 85.) interruptitur præscriptio, dato, quod potuissent ordinarii habere principium deficientis possessione, ut dictum est; etenim ministerio legis 45. Tauri mortuo possessore in successorem transfertur civilis, & naturalis possessio bonorum majoratus, quantumvis ab alio fuisset occupata, sive in vita, sive post mortem possessoris, ex d. l. 45. Tauri.

154 Ex quo elegantissime inferit ad nostrum propositum ibi Ant. Gomez. n. 117. quod penes illum tertium non potest possessio civilis, nec naturalis, quia nullo modo possidet, sed tantum habet nudam & simplicem detentationem, aded ut non possit præscribere, licet aliquo casu, vel tempore bona essent præscriptibilia, Ant. Gomez sequitur Molin. de Hip. primogeniis lib. 3. c. 12. n. 18. & utriusque verba transcripsit. Christoph. de Paz 155 in tract. de tenet. c. 11. n. 10. & 10. num. 1. qui cum Molin. addit, huic tertio non competere remedia possessoria, nec fructus lucrari nec alium juris possessionis effectum habere.

Quæ doctrinæ procedunt in jure patronatus annexo majoratui, ut fuit resolutum per Rot. Rom. in caus. Pampilon. Vicarie 3. Julij 1595. coram d. Penia in hæc verba: juris patronatus annexi majoratui Hispano possessio civilis, & naturalis acquiratur sine apprehensione, consequenter cum majoratu beneficio legis Regiæ, nec per momentum vacare dicitur, sed transfertur in successorem, ad Molin. lib. 3. c. 12. n. 20. Mier. de majorat. p. 3. q. 11. n. 9. Hactenus de decisione, quam ad literam refert Nicol. Garc. de benef. 5. p. c. 5. n. 7. qui post alios à n. 19. notat, quod non transfertur in alium tertium apprehendentem possessionem majoratus, ex Rota decisio. 378. n. 3. p. 1. diversor.

158 Quod pertinet, quod sufficit, quem esse possessorem juris patronatus in consequentiam, & non principaliter, ut possit valide præsentari, unde bonæ fidei possessor alicujus castri, seu villæ, vel comitatus, ratione cujus competit jus præsentandi ad Ecclesiam ibi, vel alibi sitam, licet nunquam antea præsentaverit, potest præsentare, quia dignitas, sive caltrum; aut comitatus, videtur hoc jus præsentandi semper retinuisse ita Rot. dec. 4. de jur. patron. alias 140. Lamb. 2. p. 1. lib. q. 9. art. 3. n. 8. ad. fi. & 1. 2. lib. q. 3. art. 1. n. 9. post Card. in c. ex literis, prima oppos. per illum text. quem sic intelligit de jur. patro. & Cajetan. in repetit. c. si de elect. in 6. Nicol. Garc. ubi proxime à n. 9. & à n. 15. cum seqq. vide Castell. in l. 46. Tauri verb. en todo ello succeda. Mol. de Hispan. primog. lib. 1. c. 26. in fi.

159 Hæc tamen quæ hucusque diximus, admittenda sunt ut vera, quando sacra Catholica majestas concurrat ad præsentandum in vacatione horum talium beneficiorum, noviter ad ejus notitiam pervenientium, ut ejus coronæ spectet præsentatio, nam tunc ad excludendam quasi possessionem, vel detentionem ordinariorum, seu aliorum quam habebant hactenus in eorum provisionibus, liberis, requiritur, ut constet tunc de jure patronatus Regio, & sub eo includi beneficium

vacans, de cujus provisione, & præsentatione tractatur, nam dum non confiterit, non privabuntur sua quasi possessione ex c. consultationibus, & his quæ late adduximus ad principium hujus articuli, at si de eo confiterit, bene excluderentur à sua possessione ex doctrinis hucusque relatis, ac desuper, quoniam illa conclusio à principio à nobis adducta, quo præsentatio, seu electio spectat ad possessorem, non autem ad proprietatem habentem, locum non habet, quando de tempore collationis, seu præsentationis constat de de. 160 factu proprietatis possessoris, nam tunc cum proprietatis absorbeat possessionem c. dilectus, de caus. poss. & propriet. non ad possessionem, sed ad proprietatem habentem spectabit, ita eleganter declarat Abb. in c. consultationibus. n. 9. vers. quod ego intelligerem, de jur. patron. Decius conf. 126. n. 3. in fi. & consil. 150. n. 2. post medium, vers. & retenta ista concl. Paul. de Citadi. in tract. de jur. patron. 6. p. art. 3. q. 7. n. 16. Lambert. in eod. r. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 6. n. 4. vers. certius est casus, Rochus de Curt. in eod. tract. verb. competens q. 19. sub n. 15. & seqq. Rota dec. 167. n. p. 1. diversor. Thom. Tib. dec. Veneta 55. n. 8. ante fin. qui omnes ita concludunt, quod in vacatione beneficii, & ante ipsius institutionem, & provisionem concurrunt ad præsentandum, dominus proprietarius, & possessor, si tunc temporis confiterit de proprietate juris patronatus, ille huic præfertur, quod etiam sufficitur ex ea doctrina mirabili, ut tunc sufficit quasi possessio juxta c. consultantibus. at ubi agitur de sitatu beneficii non attenditur ultimus status ad effectum validitatis collationis, si constat de contrario; aut diverso statu anteriori, ut fuisse resolutum in una Ferrariensi prioratus 8. Martii coram D. Penna 1610. testatur Grac. de benef. 5. p. c. 5. sub. n. 58. ex qua doctrina etiam satis difficultati, de qua supra à n. 4. quoniam in vacatione horum beneficiorum non tractatur de pertinentia collationis, sed duntaxat de statu beneficii, an sit, vel fuerit consistoriale, ut infra à n. 193. dicemus.

Deinde facit quia prædicta clausula irritans d. in 161 dulti Adriani, ex cujus natura, & effectibus defendimus jus patronatus Regium impediens ejus præscriptionem, tunc procedit, & tunc inficit possessionem, ceterosque effectus operatur; quando constat obtinere in illo beneficio, nam interim possessor non privatur sua possessione, sed remediis possessoris uti potest, Caputaq. dec. 327. ex n. 7. p. 3. Crescent. dec. 6. de restitut. spolia. Rot. dec. 3. sub. n. 1. de restit. spolia. in novis Mandof. in regul. 1. q. 3. sub. n. 5. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 452. usque ad 457. Ant. Gabriel. lib. 5. tit. de restitut. spolia. concl. 5. num. 37. Gonzal. in regul. de mens. glof. 66. n. 39. & loquendo in decreto irritanti regulæ alternativæ, & optimè post alios glof. 3. 1. à n. 8. & 4. quia dum non constat de reservatione super beneficiis clausulas irritans effectum non sortitur, secus si postmodum 162 probetur, ita tenent Puteus dec. 197. num. 7. lib. 3. Simonet. de reservat. q. 40. & faciunt quas eleganter adducit decisiones Rotæ Nicol. Garc. de benef. 5. p. cap. 1. à num. 430. ubi ad propositum, quod decretum irritans dum non est verificatum, non impedit retentionem possessionis, quia interim non est ea possessor 163 privandus, nec ab ea ejiciendus, ad quod adducit plures Rotæ decisiones, & una in n. 932. magis facit ad nostrum propositum qua dicitur, Capitulum esse manutenendum, in sua possessione exigendi decimas, &c. non obstante privilegio & exemptione fratrum quorundam, quia respicit peitorium, & est dubium, an intret in casu de quo ibi: nec obstat decretum irritans, & clausulam sublatam, quia sunt accessorie, & solum operantur, quando privilegium intrat, ex Gemina. in c. presentis in princ. vers. nota quod eo viso, & ibi Franch. 3. nota de offic. deleg. in 6. Fabri. de clausulis conc. 3. n. 82. ac ideo sequitur evidenter quod Pontifex ordina-

inarius, seu alius, qui est in quasi possessione, vel detentatione conferendi, vel præsentandi illud beneficium, neglecto jure patronatus Regio, non est intentio illa privandus, nec amovendus, dum de eo non patet.

16 Circa hoc tamen advertendam est, ut tunc dicitur instare de jure patronatus Regio, quando ipse Princeps in schedula Regali præsentationis missa, atque dicta ordinario, ut per eum præsentatum instituat: affertur beneficium tale pertinere suæ coronæ, in eoque ibere jus patronatus, quando scilicet, hæc assertio venit ex motu proprio ipsius Regis, & ad eum refertur, non tamen quando refertur, ad narrationem præsentantis supplicantis, quoniam sub hac differentia expediuntur dictæ schedulæ regales, nam quædam concipiuntur illo priori modo, aliquæ verò hoc secundo; ac propterea quando Princeps affirmat, assertique proprio motu beneficium sui esse patronatus, cum hoc procuravit indagare sacra Cæsarea Majestas, mittendo Nuntios Ecclesiasticos personas maximæ fidelitatis, scientiæ, & conscientiæ, per suum Regnum, præcipue Galliciæ, Asturæ, & Obiedo, ut inquirerent, & recognoscerent beneficia suo patronatu pertinentia, & quod ipsi nimia industria, & diligentia facere, quæque ejus generis esse invenire per informationem, instrumenta, famam, signa, & similia fideliter retulerunt, Regi invictissimoque tradiderunt, de quibus est memoria facta in consilio supremo Camera.

16 Tunc arbitror sufficere interim dicta tantum & Catholici Principis assertione, quoniam quando ex proprio motu Princeps quid assertit, quasi informatio de facti veritate, tunc illius assertioni absque dubio omninoque esse standum, prout arg. text. in clem. si summus Pontifex, de sentent. excomm. Immol. in clem. 1. 1. de probat. Lap. allegatio 7. & ibi Quintil. Mandof. ejus additionat. vers. sim. 2. Alex. conf. 111. visa copia literarum, 167 n. 5. vol. 7. ubi dicit hanc esse communem opinionem, Curtius Jun. conf. 61. post num. 13. Gozadi. conf. 8. n. 43. Soci. conf. 266. in caus. poss. num. 27. vol. 2. Areti. conf. 23. col. 3. late Menoch. conf. 100. num. 24. quod maxime procedit, cum simus antiquis, in quibus Princeps fundet intentionem suam, nam ejus assertio, & verba probant, etiam in præjudicium tertii, Domin. in c. si Papa, col. 2. de privil. in 6. Alexand. conf. 6. col. fi. vol. 1. & conf. 15. col. 2. volum. 15. Decius conf. 146. col. penult. Ill. conf. 34. ad notitia data n. 9. vol. 1. cum ceteris adductis atè per Cravet. in tract. de antiquit. tempor. c. 2. nu. 25. Quintilia Mandof. ad Lapum de alleg. 7. & hanc sublimitationem accipere omnes limitationes Regalæ dicentis, assertioni Principis standum esse affirmat Joseph. Masc. r. de probat. 3. tom. concl. MCCDXVIII. nu. 118. qui et penult. maxime cum hujus patronatus cognitio ad illum spectet privativè, non ad judicem Ecclesiasticum, ut inferius apparebit.

168 At verò quando in electa Regali schedula præsentationis id assertat ad relationem partis, ut aliquas ego vidi concipi, & narrare, talem assertionem puto, non sufficere quoad impediendam quasi possessionem antiquam; seu antiquissimam alius pertinentem, quia huic assertioni nullo modo statur nec probat etiam facta motus proprii dispositione, ut firmat Ant. Gabr. tit. de probat. concl. 2. post alios Soci. conf. 87. n. 19. vers. præterea vol. 3. Corneus conf. 312. n. 3. 5. n. 8. vol. 2. Immol. in clem. 1. col. penult. de probat. Mascard. ubi supra n. 66. 169 Ruin. conf. 30. col. 1. vol. 1. Decius conf. 576. in fi. & conf. 606. n. 14. & huic nota, quod verbum (ut accepimus) positum in gratia ad petitionem partis, & non motu proprio facta, ejus narrativæ refertur, non Principis assertioni. Guidobonus dec. 160. secus in gratia motu proprio, quoniam non ad narrativam partis, sed Principis refertur. Pur. dec. 101. lib. 3. at verbum ut (intelleximus) refertur ad partem. Rot. decisione 447. ad prim.

p. 1. diversor. & verbum genericum, & impersonale (ut 171 assertitur) non censetur prolatum per impetrantem, & ideo ad ejus verificationem non adstringitur Rota dec. 60. & 77. de rescript. in antiq. Cassiodor. decisio 4. num. 9. de probation. & decis. ultim. num. 8. de jur. patronat. Rebuff. in praxi tit. de dispensatione ratione aratis, verb. ut assertit. Mandof. regul. 34. de annal. quæst. 47. num. 2. Navarr. in c. si quando, de rescript. Cæsar. de Grass. dec. 48. n. 4.

Igitur accedendo ad nostrum propositum (à quo 172 propter horum casuum frequentiam longum digressum fecimus) dico, quod si præsentatus à Catholica Majestate ad hujusmodi beneficia noviter inventa suo patrimonio, & coronæ, in quibus (ut diximus) non habuit principium præscriptio, & de hoc jure patronatus in ejus vacatione constitit (ut dictum est nuper) vel aliter etiam adducendo ipse præsentatus coram ordinario aliquas probationes, vel instrumenta sufficientia, tunc si ipse ordinarius non obstante hac præsentatione Regia aliter procedat in beneficii provisione, dicitur contemptum jus patronatus; & per consequens nulla collatio, seu provisio ipso jure c. decernimus 16. q. Roch. verb. honorificum num. 2. Greg. Lopez in l. tit. 15. p. 1. gl. 2. Spinus in specul. gl. 4. pr. à num. 96. & ex aliis pluribus, quod exactius retulimus superius in capite, ubi ex capite nullitatis ex actis apparentibus esse appellationi tanquam licite deferendum; cum ipsius ratio in promptu esse dicatur, aliasque vim fieri manifestum, sicque esse reponendum, quidquid fuerit attentatum.

Ex alio etiam capite hæc violentia elevanda detegatur, quoniam quando in vacatione & provisione beneficii alicujus comparat contradictor, allegans jus patronatus ad se pertinere, antequam ad proprietatem deveniret, audiendus est omnimodo in contradictorio judicio, & causa terminanda per sententiam definitivam, ut per Lamb. de jur. patro. in 3. art. 2. q. 3. pr. lib. 2. & idem Lamb. 89. & 10. art. 1. q. prin. 2. p. lib. 2. & idem in 4. art. 1. 1. q. p. 2. lib. nu. 6. & seqq. fol. 172. in magnis, quod si iudex non fecerit, provisio est nulla ipso jure, ut per eundem Lambert. post Innoc. Abb. Lap. & alios in 3. art. d. 1. 1. q. princ. n. 1. vers. Lapus autem, &c. probavi supra lib. 2. c. 13. à num. 136. vers. hucusque dictis utilis suboritur questio: ubi pariter verificavi, ex hoc capite appellationi esse utique deferendum quoad utrumque effectum, aliter atque vim fieri notoriam etiam in judiciis aliis inappellabilibus & privilegiatis non in curatis.

Licet in hoc casu hæc ultima doctrina omnino verificari non potest, cum coram ordinario de jure patronatus Religio nec discutiendum, nec ventilandum est, sed in consilio supremo Camera, ut statim dicam, sive ipse ordinarius, vel alter opponat, & replicet de quasi possessione, sive ex parte Regiæ coronæ triplicetur de decreto irritanti, & aliis clausulis Bullarum, ex doctrinis supra adductis, impediuntibus præscriptionem, & inficientibus totaliter possessionem, relictam absque juris adminiculo, & fomento in sola nuda, & 175 inconsiderabili detentatione, & quousque in judicio Camera iste articulus præjudicialis causæ principali terminetur, ordinarius ultra non procedat, sed teneatur satisfedere, juxta text. in c. lator. qui filii sint legitimi, optimi text. in c. tuam, ubi ad examen nostrum (ut potest quæ ad forum ecclesiasticum pertinet) esse delatam, &c. (donec jam dicta causa Natalium Apostolico judicio finem acceperit, patienter expectes, &c.) de ord. cognit. quod procedendo ad ulteriorem provisionem beneficii si pars adhaerens Camera Regiæ appellaverit, appellationi esse deferendum: reponendumque esse omnia postmodum attentata, declarabitur, quoniam est justa, & legitima, etiam in judiciis aliis inappellabilibus tum quia interponitur ab intricato, & inordinato processu

176 eodem c. tuam ibi, nihil aliud esse, quam diversis processibus intricare, per negotium, & confusione quadam iudicii ordinem perturbare, &c.) ut exactè probavi supra lib... c. 18. à n. 30. ubi latissimè per totum cap. hunc articulum examinavi, & infra 3. p. c. 13. per tot. & probat text. in c. exhibita, de jud. ubi Abb. & Felin. n. 6. & in c. exceptionem n. 2. de except. Bald. in l. 1. C. qui accus. non poss. Bart. in l. ait prator. §. permittitur. ff. de min. Domin. in c. except. 3. q. 6. tum etiam quia procedit ordinarius tempore quo ejus officium debet conquire, & dilatione pendente, & etiam remissione, quod est attentatum notorium ex doctrinis vulgatis.

Et licet hæc proximo præcedenti articulo procedant & locum habeant, quando sacra Majestas præsentavit in vacatione beneficii hujusmodi, vel intra terminum à jure patronis datum (ut diximus) tamen cessant, quando præsentavit post dictum tempus vel forte post longam, aut longissimam possessionem ipsius ab aliquo rectore vel beneficiario, ut aliquando fit, quoniam tunc non est cogendus ordinarius, ad faciendam institutionem, quousque ipse talis vincatur, & per sententiam diffinitivam, & executorialis declaratur, jus patronatus ad Regiam coronam spectare, tum quia d.c. decernimus, 16. q. 7. dum annullat collationem factam ab Episcopo spreto jure patronatus, limitatur communiter, si ipse patronatus intra tempus concessum ad præsentandum reclamaverit, & contradixerit cum etenim nullitas sit lata in ejus favorem; intelligitur si ipse contradixerit, ut latè superius probavi hoc in capite. Deinde quoniam quando beneficium juris patronatus vacat de jure, licet non de facto, vel quando privatus est rector eo ipso jure ob aliquod delictum, etsi patronus possit præsentare, non est à possessione avocandus possessor, quousque citatus, sententia declaratoria feratur, ut tenet latè Roch. de Curt. de jur. patron. verb. honorificum num. 86. & 87. & tunc appellabilis fit declaratoria quoad utrumque deferendum, latè diximus supra 3. p. c. 7. à n. 66. in responsione ad primum argumentum contrariæ, & in ipso primo argumento à n. 1.

179 Et facit, quoniam quando lis vertitur super proprietate juris patronatus, siquidem vertatur inter patronos, ipse est præferendus in præsentatione, qui est in quasi possessione, & ultimo statu præsentandi, ut supra dixi, & ita præsentatus, licet postea ab altero patrono evincatur per sententiam, & executorialis jus ipsum patronatus, non est removendus à possessione ipsius beneficii quod retinet omnimodo, cum teneat institutio, ut probat expressè text. in c. consultationibus de jur. patron. cujus ista est vera conclusio, ut probant Zerol. in prax. p. 1. verb. jus patron. vers. 16. & omnes in d.c. consultationibus.

180 Covar. in pract. q. 1. 4. n. 2. & Caved. de patr. Regia corona c. 8. n. 3. optimè etiam & latè à Perez de Lar. in tr. de Capell. & anniver. lib. 2. c. 9. n. 40. & seqq. qui etiam probant, procedere d. text. conclusionem, quando lis est inter duos collatores, ut sustineatur collatio à possessore facta, nec provisus removetur, etiam victo authore suo. Si autem non inter patronos, sed inter Episcopum, & patronum lis mota sit, ille liberæ collationis, esse beneficium certans, iste juris patronatus, & ad se spectantis, si ipsi ordinarius colligens tunc contulerit, victo postea jure patronatus per sententias, per verum patronum poterit removeri sic provisus. Sic optimè Caved. & Lara post alios ibi, poterit tamen ipse ordinarius tunc ponere ceconomum in beneficio, juxta c. cum vos de off. ord.

182 Limitatur d. c. consultationibus, secundum Caved. de patron. Regia coro. d. c. 8. sub n. 1. in patronatu Regio; nam licet lis vertatur inter procuratorem Regium & alios patronos victo jure patronatus coronæ per sententiam: ut præsentatus rector à patrono putativo, qui erat in quasi possessione, amovendus sit à benefi-

cio; non obstante dispositione d. c. consultat. ratiem reddens: quod cum ab hoc ut præsentatus sustineatur, requiritur quasi possessio ex parte præsentantis, scilicet gentis, gl. ibi verb. creditur l. 9. tit. 1. §. p. 1. ubi Gror. verb. tuvieste. Roch. de Curt. de jur. patron. verb. coentens. q. 19. n. 39. & seqq. Pat. dec. 189. lib. 1. Roland. f. 48. Gutier. conf. 4. n. 3. at cum patronatu Regio defat hoc requisitum, siquidem contra illud non detur quasi possessio & detentatio est sine effectu & juris fomen, ac per consequens institutus & præsentatus à putativo patrono absque titulo, ideo amovendum esse eum, dicit ille, & faciunt quæ adducit c. 7. limitatur in sup. d. cap. consultationibus, prout limitavimus superius b. num. 159.

Item pariter limitatur, ut procedat, quando agitur 85 lis super proprietate, non autem quando inter patronos & electores, collatoresve agitur super possessione aliquo remedio possessori, intentato, quia tunc quæ obtinuit, declaratus versus possessor, est in pristinum statum restituendus, ut tradit ipse Caved. d. c. 8. n. 8. quæ sequitur Perez de Lar. in d. lib. 2. c. 9. sub n. 41. per tradit à Luca de Penna in l. si coloni. n. 4. C. de agricul. & censu quia tantum afferet restitutum, quantum abstulit spoliolum. Bar. in l. qui proprio 46. ff. de procurat. Tiraq. d. retra. lib. 1. §. 1. gl. 1. 4. n. 74. quæ aliter non fiat, nisi ab instituto relinquatur Ecclesia, qui omnes Caved. scilicet ibi n. 10. & 11. & Lara sequitur Rebuff. ad constitutiones Galli. tit. de maier. poss. art. 1. gl. 2. n. 16. & 27. advertunt in libris super spolio, citandos esse Episcopum, patronum (si Ecclesia est patronata) & institutum, seu aliàs provisum, cum omnes dicantur spoliolum fecisse, nemini igitur dubium est, ut negatum jus patronatus debeat per legitimos tramites evinci.

Nec sic victo jure patronatus coronæ prima sententia exequenda est hoc casu, nullum siquidem privilegium habet, sed supplicationem omnimodo admittit, & quousque in grada remissionis confirmetur, præsentatus adhærens Camera non est in possessionem beneficii mittendus. Probo, aut enim lis hæc vertitur 16 super beneficio simplici, aut super curato. Primo casu appellationi ab institutione, electione, seu provisione beneficii deferendum est, quando per sententiam, & in contradictorio iudicio terminatur, secus quando extrajudicialiter; latè Lambert. de jur. patr. 8. 9. & 10. artic. 1. q. prin. 2. p. lib. 2. & idem Lambert. in 3. art. 2. q. prin. eadem 2. p. lib. 2. & nos latè supra lib. 1. c. 13. n. 153. ubi amplissimè & luculenter à prin. & infr. c. sequentia n. 31.

At si sumus in beneficio curato, & incidit in ejus 87 provisione aliqua exceptio, vel questio juris patronatus, & similia, licet ipsa provisio sit faciendi per sententiam diffinitivam, & in contradictorio iudicio, prima sententia executioni demandatur, quando beneficium curatum est vacans, & sine rectore propter maximum animarum periculum, justè à jure consideratum, ex his quæ exactissimè per nos lib. 2. c. 13. & 3. p. c. 4. à n. 52. & supra; at si Rector aliquis in possessione, & sit non vacans curatum, cum cesset ratio periculi, appellatio sententiæ effectum suspendit quoad utrumque, quousque possessor per tres conformes, & executorialis vincatur, latissimè probavi superius hoc lib. 3. c. 9. quoniam possessor beneficii omnino est ab ea per tres conformes non aliter avocandus, ex his quæ latè & optimè per Nicolaum Garc. de benef. 6. p. cap. 2. à num. 109. cum seqq. & latè nos 3. p. c. 4. à num. 52. & supra, & à n. 67.

Hæc necessarium unum valde utile non omitam, 188 cujusnam status an Ecclesiastici an secularis iudicibus hujus patronatus cognitio tam in proprietatis, quam in possessionis iudicio pertineat, siquidem videatur indubitatum ex determinatione tex. in c. quanto, de juri- 189 dicitis, & de jure patronatus tanquam spiritualibus annexo

annexo sit iudicandum, ac de ipso principali spirituali, ac ideo ad forum Ecclesiasticum spectat cognitio.

190 Nihilominus tamen illud est specialissimum in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, quæ sive in possessione, sive in proprietate Regium Coronæ patronatum attingant, vel aliàs sint Regalia, Regem, ejusque consilium cognoscere, esseque usu receptum, & permissum non solum in Hispania, verum etiam in regnis Galliarum, Angliarum, Hungariarum, & Apuliarum testatur Auftr. in addit. ad Capell. Tholos. dec. 165. n. 25. vers. 25. fallit. & quæ tradit Zuch. alleg. 8. nu. 14. vers. verum Stephan. Auftr. de potest. secul. super Eccles. fall. 25. Costalius in l. de qq. ff. de legibus, quos duos citat, sed non sequitur Mart. de jur. 2. p. c. 4. num. 1. Joan. Garc. de nobilit. gl. 9. num. 24. & seqq. post Spec. rit. de compet. judic. additio. §. generaliter nu. 2. vers. quarto Guillel. Benedict. in c. Raynurius verb. & uxorem in 2. num. 62. fol. 84. de testam. & n. 74. 78. & 79. optimè Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. nu. 213. & facit etiam Concil. Trid. sess. 22. de reformat. c. 8. ubi jubetur Episcopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis visitare hospitalia, & 192 confraternitates, seu universitates scholarium, in quo excipiuntur, quæ sub regum immediate protectione sunt, fundatur in antiquissima & immemoriali consuetudine, qua potest acquiri, quod etiam per privilegium Romani Pontificis, & cum hoc jus patronatus sit de regalibus, nimirum; ut Rex hanc præminentiam acquisierit.

193 Sed aptior illa consideranda erit ratio, ut scilicet in Regio consilio non agitur de jure Regio patronatus in consistorialibus competente, quia de eo nec dubitatur, nec dubitari potest, nec institutio, aut collatio ibi fit, (quo casu loquitur Mart. de jurisd. 2. p. c. 4. à princ. fol. 266.) sed tantum agitur de qualitate extrinseca Ecclesiæ, contenta in indultis, Bullis, & donationibus Pontificalibus, an scilicet sit consistorialis, necne, quod nihil spiritualitatis comprehendit, sed nudum factum.

195 Certissimè namque juris est; ut super donatione juris patronatus facta per laicum possit iudicem seculari cognoscere condemnare, & compellere donatorem ad implementum, ut tenent Ant. de Butr. in c. quanto, & ibi Abb. in si. de jud. Feder. de Senis conf. 192. facta est lex Auftr. in tr. de potest. secul. in Eccles. regul. 4. fall. 21. Lamb. de jur. patron. lib. 3. q. 8. art. 8. n. 6. vers. & quia iudex secularis, fatetur (quod est miraculum) Mart. tract. 196 de jurisd. 2. p. c. 4. n. 16. fol. 264. ubi loquitur etiam de promittente donare hoc jus patron. ut ad compellendum sit competens iudex secularis, ergo à fortiori poterit cognoscere de qualitatibus inhærentibus, & insertis ipsi donationi, ut puta dono tibi jus patronatus, quod in tali collegiali, habet, vel in Ecclesia Sanctæ Mariæ, &c. vel in capella talis monasterii; nam si de hujusmodi qualitatibus, & indemnitatibus dubitetur, quis dubitat, posse eundem cognoscere iudicem, & quia de facto rei spiritualis iudex laicus competens est, ut plusquam notum est.

Et hodie in Hispania pro evitanda competentia, quæ quotidie super hujusmodi juris patronatus Regii cognitione oriri solebat, inter supremum iustitiæ Consilium, & Consilium Cameræ per quod expeditur schedulæ præsentationis in eis sacra Catholica Majestas pro evitandis etiam partium expensis immensis, aliisque inconvenientibus inde sequutis; iussit, & expedit nonnullas schedulas Regales, quibus inhibuit omnibus tribunalibus supremis, consilio & Regiis Cancelleriis, disponens quod quando contingerit dubitari, seu litigium moveri super jure patronatus suæ coronæ, vel quomolibet illi attingat, super aliquo canonicatu, ratione, Abbatia, Prioratu, Prælatia, aut præbenda majori, vel minori, vel aliquo quovis beneficio, hujus dubietatis cognitionem pertinere privatè sub consilio

Camera, ut constat ex schedula expedita anno 1593. die 17. Martii, ibi, quando se dudasse (& ibi, perenesce à mi consejo de Camera privativamente;) & alia anno 1588. die 16. Januarii, & alia anno 1603. die 7. April. ibi y por esta inhiho al dicho mi consejo Real y Cancellarias y otros quales quiera mis tribunales, y juezes de qualquier calidad, estado y condicion que sean, para que en ninguna manera cognoscan ni puedan tratar ni cognoscer de las 199 dichas causas de patronaygo, &c. Et hinc est, ut suprema tribunalia non se intromittunt cognoscere de violentiis factis à iudicibus Ecclesiasticis ordinariis in hujusmodi causis, & negotiis juris patronatus Regiæ coronæ, sed illa videnda & tollenda remittunt ad supremum Camera Regium consilium, prout ego multoties vidi in hoc Senatu Gallogræco, licet in delegatorum violentiis, qui emanant à superioribus, ad quos recursus fuit per præsentatum à Regia corona aliquo ex modis inferius descriptis aliter observatum vidi, & super eis determinatum in prædicto Senatu.

Nam tunc quemadmodum iudices ipsi Ecclesiastici 201 superiores eorumque delegati licet possunt cognoscere de nudo gravamine ob non admittam præsentationem Regiam ab inferioribus ordinariis facta abstractè à cognitione juris patron. Regii, secundum ea quæ mox dicenda sunt: pariter & tunc poterunt tribunalia Regia cognoscere de violentiis in hujusmodi processibus, accidentibus, & commissis, quia semel jam prohibitionem evasit, & semel effecta res alienabilis, semper remanet alienabilis, juxta ea quæ alibi latè diximus.

Et unum te moneo, quod si præsentatus à sacra Catholica Majestate intinaverit primam Regiam cartam ordinario, ut examinatus, & approbatus instituitur, ordinario reculante recurrit ad supremum consilium Camera cum responsione, & petiit secundam cartam, & tunc non ita facile conceditur sed differtur expeditio multoties, quousque clariùs appareat, & verificetur, jus patronatus Regium intrare in illud beneficium cum citatione ordinarii & interesse putantium; si tamen hoc satis constare, & apparere videatur Regio prædicto consilio, secunda carta expeditur, qua jubetur, ut instituat sic præsentatum. Si autem evidenter hoc apparuerit à principio, vel quia sacra Majestas invenitur in ultimo statu præsentandi, vel quasi possessione, vel paulò ante habuisset, vel in iis beneficiis, in quibus hucusque in dubium revocatum non sit, nec dubitatum, ad se jus patron. pertinere, sine difficultate expediti mandatur.

Et jam hodie nisi in iis casibus relatis nulla solet ex- 203 pediri schedula, imò etiam prima præsentationis denegatur, nisi priùs legitime de jure Regio patronatus doceatur: & quidem iustissimè quoniam experimento cognovit Senatus Camera, quod præterit, & occasione juris patronatus Regii, tot privilegiati à jure multi possessores inquietabantur injuste, & in vacantibus impediabantur, hac via provisiones ordinariorum, litesque protraherentur in infinitum, non sine magno dispendio, & sumptibus litigantium. Quare nisi legitime prius constiterit de jure patronatus Regio) ut in iis casibus modò relatis d. n. 201. ) porta non aperitur in illis, tamen non solum prima præsentatio, sed & secunda iustitio expeditur, non aliter.

Cui si adhuc obedire, obtemperare neglexerit ordinarius, vel procedendum est usque ad diffinitivam sententiam in Senatu Regio super jure patronatus, vel eandem arbitror tertiam cartam, & iustionem expediendam, & cum ea procedendum esse ad executionem pœnæ impositæ à jure Episcopo, & aliis personis Ecclesiasticis nolentibus obedire, adimplere, nec obtemperare provisionibus, & mandatis Regiis, sui que consilii, cum ad id omnimodo teneantur (maximè cum ad eum hujus juris pertineat cognitio privatè)